



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

54 Denunciationes matrimoniales, quando omitti possint.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

& duobus, vel tribus testibus præsentibus, matrimonium est celebrandum, & ante illius consummationem debent fieri denunciations, ut si subsunt impedimenta, detegantur, nisi Ordinario visum fuerit, ut denunciations remittantur, quod illius prudentiae, & judicio à sacro concilio fuit remissum, ut in dicto c. 1. §. quod si aliquando de reformat. matr. & quia ob varia impedimenta, pluribusque de causis licentia de contrahendo unica denunciatione pro tribus facta, & quandoque omnis denunciationibus, interstantes in Ecclesia, vel etiam in domo à quampluribus requiruntur, debitari potest, an Ordinarius illas concedere possit, cum videatur, quod sic, ex illis verbis in d. §. ibi, nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit, ut prædictæ denunciations remittantur, quod illius prudentiae, & judicio sancta synodus reliquit.

§ 1 Ideo, tamen cum ejus judicio relinquatur, illas ad ejus libitum concedere posse videatur, quia judicium pro voluntate habetur, glo. in l. i. b. 8. §. Lutius 2. in verb. judicio. ff. de fidei commiss. liber. & Bar. in l. sic num. 2. ff. de leg. 1. & cum diversimode per Ordinarios servetur, quorum aliqui licentias unicam pro tribus in Ecclesia passim concedunt, & plures etiam interstantes admittunt, ab aliquibus non ita de facilissimo raro, & non sine urgente causa conceduntur. § 2 Tamen, quod non sine causa in d. §. expressa, vel alia, quæ animus Ordinarij movere valeat, ut quando probabilis adesset suscipio, matrimonium impediri posse, concedi possint, quia verbum, illius prudentiae importat arbitrium boni viri, c. de precariis. cum seq. 10. qu. 2. c. 2. c. ne innataria, de confit. Abb. in c. 1. nu. 18. de seq. poss & fruct. & Jas. in l. i. sic. nu. 9 ff. de leg. 1. hoc i-

dem importat verbum, judicio; quicquid dixerint gl. & Bart. supra in contrarium, qui reprobantur per gl. in c. tua, in vers. judicaverit, 36. q. 2. Bart. qui se ipsum correxit, & glos. reprobavit in extravag. ad reprim. in verb. videbitur, n. 4. & Jas. qui alias citat, in d. l. si sic. num. 7. Ideo, facultate ipsis concessa debent Ordinarij uti arbitrio boni viri regulata ratione, l. vir. bonus ff. de judic. sol. Bart. in d. extravag. ad reprim. in verb. videbitur, nu. 2. in fin. & Corn. confit. 239. in princ. vol. 3.

Regulariter tamen enim à proprio parochio tres denunciations fieri debent, & limitatur regula, si aliquando probabilis fuerit suscipio matrimonium malitiose impediri posse, & arbitrium Ordinariis concessum habebit locum in casu limitato, quo propterea ad libitum uti non licet, quia limitata causa limitatum product effectum. cum servo. in princip. & ibi Bald. ff. de contrahend. empt. cap. quod super his, de vot. & vot. redemp. glos. in clem. 1. in verb. restitut. de sequ. poss. & fruct. & Tiraq. in tractat cess. caus. par. 1 numer. 142. & limitata causa privilegij operatur quod privilegium extra suos limites trahi non possit. l. in agris. ff. de acquirend. rerum domin. & Felyn. in cap. si quando, numer. 4. & rescrip.

§ 4 Denunciations tamen hujusmodi omitti possunt, quando dubitatur, quod propter factiones matrimonia de facto possint impediti, dummodo contrahentes sint legitimæ ætatis, & in eorum plena libertate, ac omni dolo, & fraude cessante, cum aliquibus in locis, in quibus ad impedienda matrimonia sèpius sortilegia, & maleficia committuntur, ut in cap. si per sortilalias. 33. qu. 1. gl. in c. fraternitatu in verb. dñi.

divinum. de frigid. & malef. quia quando 26 ob maleficium non possunt matrimonia consummari, oriuntur iurgia inter conjugis, & quandoque graves lites, & etiam inimicitiae inter consanguineos, quae, quantum fieri potest, debent evitari, cum ad componendum inimicitias videamus, quod Sedes Apostolica in gradibus consanguinitatis tolerat dispensare, multo magis videtur, quod possint denunciations omitti. Possunt etiam omitti, quando agitur inter graves, & principales personas Ordinariis, & aliis gravibus personis notis, inter quas propterea Ordinarii certe sciunt, nullum extare impedimentum, quominus possint invicem matrimonialiter copulari, quia cum denunciations fieri debeant principaliter, ut detegantur, si extant, impedimenta; & Ordinarius sit certus, nullum obstatre impedimentum, cum tunc cesset causa, propter quam denunciations fieri debent, cessare videtur dicti decreti concilii dispositio, cap. & si Christus circa fin. de jure jurand. cap. cum cessante, in princ. de appell. & cap. cum infirmitas. de pénit & remiss. & non solum ex causis supra expressis possunt omitti denunciations, sed etiam ex aliis Ordinario benevisis, 58 qui has denunciations remittere potest, etiam post matrimonium, & ante illius consummationem, ut in decis. ejusdem sacra Congreg. super d. cap. 1. de refor. sub tit. verus. & ultimo, sub die 15. Iu. 1596. Abbates vero, & commendatarii 59 in eorum Abbatii, in quibus habent etiam iura Episcopalia, dictas denunciations sine speciali concessione Apostolica remittere non possunt, ut ibidem in decis. sub tit. nullius. seu Farsen. Veronen.

Quamvis enim † nuptiarum solemnitates, certis anni temporibus, etiam prohibite reperiuntur, cap. non oportet, il 2, 23. q. 4. & concil. Trid. cap. 10. de reform. matrim. sess. 24. tamen etiam tempore prohibito sine nuptiarum solemnitatibus matrimonium contrahi potest, cum tantum solemnitates, & non matrimonia sint prohibita, glossa in cap. capellanus. in ver. quoque. extra de fer. & ibi Abb. num. 2. & num. 4. † Immò, absque solemnitate nuptiarum, & sine solemnis traductione in domum his temporibus matrimonium per carnis copulam potest consummari alias legitimè celebratum, ut post Caetan. in Summ. in verb. matrimonium, qui contrarium tenentes, ut sine ratione loquentes reprobant, tenet Navar. in cap. 22. de imped. interd. & fer. num. 71. in fin. tom. 3. quae opinio quo ad carnalem copulam fuit reprobata à sacra congreg. corr. Trid. super cap. 10. d. sess. 24. tit. Veronen. ubi pariter declarat, quoque tempore posse matrimonium contrahi coram parocho: sed quod nuptiarum solemnitates, convivia, traductions ad dominum, & carnalis consummatio certis temporibus prohibentur.

58 Contrahi † potest matrimonium inter absentes per procuratorem ad hoc specialiter constitutum, quia non sufficeret generale mandatum, nisi speciale sit ad matrimonium contrahendum cum certa persona ibi nominata, c. si. & ibi gl. in verb. speciale. de procu. in 6. l. generali ff. de rit. nup. Ab. in c. in causis. n. 15. de el. in conf. 114. n. 6 vol. 2.

Et † pluribus ex causis impeditur matrimonium præcipue sequentibus versibus comprehensis: Error, conditio, votum, cognatio, crimen, Cultus, disparitas,